


PSALME 33 - TON 4 E



Be-ne-dícam Dóminum in *ómn*i **té**mpore : *

semper laus ejus *in o-re* **me-o**.

2. In Dómino laudábitur *án*ima **mea** : * áudiant mansuét*i*, et
*laet*éntur.

3. Magnificáte Dóminum **me**cum : * et exaltémus nómen ejus *in*
*id*ípsum.

4. Exquisívi Dóminum, et *exaud*ívit me : * et ex ómnibus
tribulatió*n*ibus meis *eríp*uit me.

ANT.

5. Accédite ad eum, et *illumin*ámini : * et facies vestrae *non*
*confund*éntur.

6. Iste pauper clamávit, et Dóminus *exaud*ívit eum : * et de
ómnibus tribulatió*n*ibus ejus *salv*ávit eum.

7. Immittet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum : * et *eríp*iet
eos.

8. Gustáte, et vidéte quóniam suávis est **D**óminus : * beátus vir qui
sperat in eo.

ANT.

9. Timéte Dóminum omnes *sancti* ejus : * quóniam non est inópia
timéntibus eum.

10. Divites eguérunt et *esuri*érunt : * inquirentes autem Dóminum
non minuéntur *omni* **bono**.

11. Veníte, fílii, *aud*íte me : * timórem Dómini *doc*ébo vos.

12. Quis est homo *qui vult* **vitam** : * díligit dies *vidére* **bonos** ?

ANT.

13. Próhibe linguam tuam a **malo** : * et lábia tua ne *loquántur* **dolum**.
14. Divérte a malo, *et fac* **bonum** : * inquire pacem, et *perséquere* **eam**.
15. Oculi Dómini *super* **justos** : * et aures ejus in *preces* **eórum**.
16. Vultus autem Dómini super *faciéntes* **mala** : * ut perdat de terra *memóriam* **eórum**.

ANT.

17. Clamavérunt justí, et Dóminus *exaudívit* **eos** : * et ex ómnibus *tribulatió nibus* **eórum liberávit** **eos**.
18. Juxta est Dóminus iis, qui *tribuláto sunt* **corde** : * et *húmiles* **spíritu salvábit**.

Glória Patri, *et* **Fílio**, * *et* **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípío, *et nunc, et* **semper**, * *et* in saécula **saeculórum**. Amen.